



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 106. Joannis Martini Siliceti obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

**Sæcul. XVI.** Pii V. nomine eligebatur. VII. Cle-  
**A.C. 1557.** mens Dolera Genuensis supremus Or-  
 dinis Fratrum Minorum, quos Obser-  
 vantes vocant, Praepositus in Hispania,  
 necnon Fulginatensis Episcopus, ac  
 Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ in  
 Ara Cœli VIII. Alfonsus Caraffa,  
 patria Neapolitanus, Pauli IV. Pontifi-  
 cis Nepos, ac Montis-Belli Marchio-  
 nis Filius, qui ex Archiepiscopo Nea-  
 politano Presbyter Cardinalis tit. S. Ni-  
 colai electus fuit. IX. Vitellotius Vi-  
 tellius Nobilis Tiphernas, in umbria  
 natus, ubi etiam Episcopalem Sedem  
 tenuit, eratque Cameræ Apostolicæ Cle-  
 ricus, necnon Immolenis Episcopus,  
 & Cardinalis Diaconus tit. SS. Sergii,  
 & Bacchi, postea S. Mariæ in porticu,  
 ac denique S. Mariæ in via lata. X. Joan-  
 nes Baptista Ghislierius patria Roma-  
 nus, ex nobili Ghisileriorum familia  
 ortus, Cameræ Apostolicæ Præses, Car-  
 dinalis Diaconus tit. S. Luciæ, ac de-  
 dum S. Nicolai in carcere.

### §. CVI.

#### *Joannis Martini Siliceti obitus.*

*Ciaton.*  
*p. 846.*  
*And. Vi-*  
*torel. Add.*  
*ad Ciaton.*

Eodem, quo hi Cardinales crebantur,  
 anno Sacrum Purpuratorum Col-  
 legium quinque suorum mortem luge-  
 bat. Hos inter primus erat Joannes  
 Martinus de Guiso, seu Guiarro ex op-  
 pide

pido Villagarsia in Castella ex quodam **Sæcul. XVI.**  
 agricola Patre suo natus. Hic postea **A.C. 1557.**  
 mutato Guiarri nomine, quod *Stupidum*  
 sonat, (\*) Siliceus appellari voluit,  
 idemque nomen suæ familiæ po-  
 steri adoptabant. Porro Joannes lle-  
 renæ Grammaticæ literis operam na-  
 vabat, ac qualibet Sabbati die Villa-  
 graciæ, a qua urbe ignobile hoc op-  
 pidum haud multum distabat, rediens,  
 ad totam hebdomadæ panem collige-  
 bat: postea vero Hispalin profectus ibi-  
 dem percurso Philosophiæ curriculo Ro-  
 manam venire statuit, iterque jamjam  
 aggressus est. Verum Valentiam per-  
 transiens, atque inopia pressus ibidem  
 cuiusdam Nobilis juventuti literis im-  
 buendæ operam dare cogebatur: cum  
 autem in eadem urbe arctam cum quo-  
 dam Monacho amicitiam sibi concilia-  
 set, hic rarum hujus juvenis ingenium,  
 ingentemque literarum ardorem in eo  
 admiratus eidem Author extitit, ut  
 potius Parisios, quam Röman conter-  
 deret: Itaque Joannes hoc consilium se-  
 cutus rebus suis optime consulebat;  
 quippe præter larga, quæ in hac urbe

L 1 5

ad

(\*) Ciaconius loc. cit. inquit, quod Joa-  
 nes Guiarrus fuerit cognominatus, quod lati-  
 ne *saxum*, aut *filicem* sonat, unde se cognomi-  
 nari *Siliceum* voluisse ferunt.

**Sæcul. XVI.**

A C. 1557.

ad suam sustentationem collegerat, sub-  
fidia artium Liberalium Magister, nec-  
non in Universitate Rector renuntiatus  
est: attamen patriæ suæ affectu com-  
motus in Hispaniam rediit, ubi in Sal-  
manticensi Academia Philosophiæ Pro-  
fessor, ac demum in Ecclesia Coriensi  
inter Canonicos Theologos numeraba-  
tur, postea vero a Carolo V. Cæfare  
in Philippi II. Filii sui Moderatorem se-  
lectus, eidem a confessionibus, atque  
eleemosynis erat, denique ab eodem  
Imperatore ad Carthaginem Episco-  
patum nominatus Anno Christi millesi-  
mo quingentesimo quadragesimo tertio  
Pacem - Augustam decernebatur, ut  
Mariam Lusitaniæ Principem proxime  
Philippo desponsandam exciperet, quo  
muneris honore Joannes sibi Toletanum  
Archiepiscopatum aquisierat.

Præterea hic Præsul continuato stu-  
dio sese accerrimum Religionis Catho-  
licæ defensorem exhibebat, seque in-  
victo animo hæresis propagationi oppo-  
nebat, simulque redditus suos in facros usus  
impendebat, & potissimam eorum par-  
tem vel sublevandis pauperum miseriis,  
vel ornandis Ecclesiis dicabat, unde To-  
letanum Templum præclaro tantæ libe-  
ralitatis, ac pietatis monumento illu-  
stratum effulget, eidemque omnia prædia  
olim divendita restituit, reddita empto-  
ribus

ribus pecunia; insuper ab hac Ecclesia Sæcul. XIV.  
Viros minus dignos excludens Canonis A.C. 1557.  
cos probatæ virtutis substituit, legem-  
que postea a Paulo IV. approbatam con-  
dedit, vi cuius nemo de Judæorum,  
aut Maurorum stirpe natus in eadem  
Ecclesia Sacri beneficii titulo honestare-  
tur. Exstruxit etiam intra Ecclesiam  
Toletanam magnificum prorsus Sacel-  
lum sub invocatione Beatissimæ Virgi-  
nis, ubi etiam duo condidit Collegia,  
in quorum uno quadraginta pueri pro  
Sacro Ecclesiæ Ministerio omni virtu-  
tum genere excolerentur, in altero au-  
tem totidem puellæ Nobiles, & orpha-  
næ, necnon ingenuo genere natæ edu-  
carentur, ac demum Viro maturæ in  
matrimonium collocarentur adjecto re-  
ditu congruo: Præterea mulierum pro-  
stitutarum domum, in qua præteritæ  
vitæ noxas pœnitentia expiarent, ex-  
struxit, atque integro anno cunctos Xe-  
nodochii publici Toletani pauperes suis  
impensis sustentavit, necnon inter cete-  
ros egenos, qui in civitate, & Diœcesi  
sua habitabant, plusquam septendecim  
aureorum millia distribuit. Harum vir-  
tutum fama excitatus Pontifex Joannem  
Anno Domini millesimo quingentesimo  
quinquagesimo quinto Mense Decembri  
Cardinalium Collegio adscripsit, qua  
tamen dignitate haud diu fruebatur,  
nam

**Sæcul. XVI**  
**A.C. 1557.**

nam Toleti ex calculi doloribus ferme octogenarius Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo die trigesima prima Maij fatis functus, sepultusque est in Ecclesia a se ædificata pro illis virginibus, quas etiam in supremæ voluntatis suæ tabulis omnium bonorum hæredes scripserat, ut in honestiori connubio collocari possent. De cetero quasdam concinnavit paraphrases in orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam unacum annotationibus in Canticum *Magnificat*, quas Mariæ Angliae Reginæ præter tractatum de legibus, & Ecclesiæ Toletanæ statutis nuncupabat. Porro superstitem reliquerat fratrem suum nomine Laurentium, qui aliquam puellam ex Cavajalorum genere progenitam sibi matrimonio sociavit.

### §. CVII.

#### *Annebaldi Cardinalis fata.*

**Aubery l. c.** Alter ex Cardinalibus hoc anno defunctis erat Jacobus Annebaldus natione Gallus in Normanniæ Provincia ex Joanne Annebaldo, & Maria Blosfata natus, fratremque habuit Claudium Annebaldum Marescallum, & Gallicæ classis Præfectum. Is clericali militiae adscriptus Joannis La Veneur, seu Venatoris Avunculi sui curæ tradebatur,